



Rutgerus apud Belgas natus, & optimē in literarum studio educatus est. Cum autē is prima artium fundamenta percepisset, seū ad Louaniensem Academiam cōtulit, & linguae Græcæ & Latinæ p̄r̄clarām operam nauauit. In īs quoque ob ingenij fœlicitatem adeō profecit, ut publicus Græcæ linguae professor Louanij in nouo Buslidiano collegio constitueretur. Eam professionem is magna laude peregit, atque inter alios Erasmo Roterodamo gratissimus fuit. Vnde de eo ita ad Bernhardum Buchonem Phrygium scriptum reliquit: Est Rutgerus Reschius Græcæ linguae professor in collegio nouo, quod instituit Hieronymus Busliadius, qui doctrinam non vulgarem incredibili quadam modestia, planeq; pudore quodam uirgineo cōdecorat. Itaq; Rutgerus suis uirtutibus effecit, ut non modò sui seculi hominibus, uerū etiam posteritati innotuerit. Eras. lib. 17 Epistolarum.